J. F. P. Q.

GRAIIS INGENIUM; GRAIIS DEDIT ORE ROTUNDO
MUSA LOQUI: dixit jam olim Poeta.

QUamobrem Athenæ, ſermonis Græci prudens quaſi nutricula, tanti quondam æſtimatæ fuerunt, ut, eas non vidiſſe, vel viſis non delectatum fuiſſe, probroſum fuerit. Quod vel ex hiſce Lyſippi Comici verbis liquet:

εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ.	*Tu truncus es; ſi non Athenas videris:*
εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος.	*Si viſæ Athenæ non ineſcant; aſinus es:*
εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιον.	*Si non grave, has relinquere; es cantherius.*

Theologiæ fanum ingreſſurus, præfixas tricubitales & miniatas literas videbis: οὐδεὶς ἀνελλήνιστος εἰσίτω; i. e. nemo, linguæ ignarus Græcæ, introito. Quod ſi enim talis acceſſeris: vix egredieris doctior. Salutem enim, de ſalute noſtra, ad nos, per ſuos Præcones, diſſerentem, non intellexeris; non iſtos BASILIOS MAGNOS; non GREGORIOS Theologos; non CHRYSOSTOMOS; non ATHANASIOS; non THEODORETOS (Divina virorum Divinorum nomina) perceperis.

Proinde linguam iſtam, ceu ingentem gazam, indagemus, acquiramus.

QUOD

ORATIONE GRÆCA,

terſa, docta,

diei craſtinæ hora 11 publicè declarabit

Juvenis, ut accuratæ Eruditionis avidiſsimus,

ita peritiſsimus,

GODFRIDUS HAVEMANNUS,

PERLEBERGA-MARCHICUS.

AD QUAM

benignè & benevolè audiendum

MAGNIFICOS PATRIÆ PATRES,

Generoſos & Perilluſtres Dominos

BARONES,

Excellentiſſimos Dominos

CONSILIARIOS,

Venerabiles Dominos

THEOLOGOS,

Experientiſsimos Dominos

MEDICOS,

& univerſos ac ſingulos, qui bonis Artibus favent, eaſdemque colunt & amplexantur,

Submiſsè, obſervanter & amicè invito

JOHANNES MICHAEL DILHERRUS,

GYMNASII DIRECTOR & Prof: Publ:

P. P. Norimbergæ die 3. Octobris, ANNI cIↃ IↃc LIV.

Typis, MICHAELIS ENDTERI.

Univ. Bibl.
München